Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

fuerat ut indurarentur corda eorum
et pugnaret contra israel et cade-
rent et morerentur ullam
clementiam ac perirent sicut
preceperat moysi Ex quo patet
gabaonite meruerant cleme-
tiam nec currebat contra
eos sententia domini Secunda
accipitur ex parte filiorum israel
quia istud fuerat primum
pactum et iuramentum exter-
neis gentibus excepto tamen iu-
ramento facto ipsi raab quod
fuit magis particulare ut
dictum fuit supra 2° capitulo Istud
autem fuit generale Et ideo si fecis-
sent iuramentum gabaonitas
occidendo quibus iuraverant
et non occidendo ut patet
in litera hoc fuisset divulga-
tum per ceteras in circuitu et
reputati fuissent filii israel in-
fideles et iuramenti transgres-
sores in magnum scandalum
illius populi et per consequens in irre-
verentiam seu blasphemiam
dei cuius dicebantur peculi-
aris populus et a deo electus
Et ideo ad hoc evitanda serva-
dum fuit iuramentum Tertia
accipitur ex parte dei qui
prior est ad miserandum
et ideo credendum est quod ideo
sue ex familiari consilio dei
mortem eorum corporalem
ut sit de suis mediatis pu-
nirentur et iuramentum
servaretur quod de morte cor-
porali eis non inferenda
intelligebatur et quod dominus hoc
sententiam approbavit patet ex hoc
quod propter afflictionem iniustam
gabaonitarum factam per saul.

fames facta fuit in terra israel
tribus annis et septem vi-
ri de stirpe saul fuerunt
crucifixi ut habetur ii Regum
xxi° et Augustinus super capitulum
x exponendo illud In ma-
nus tuas tradidi illos dicit
sic vel nec consultus est dominus
utrum eundum esset quia ultro
recepte subvenire volentibus
futuram pronunciavit victo-
riam sic posset de gaba-
onitis nil consultus mo-
ne qui essent cum iuraret
nisi ei placuisset illa in-
ratio que subiectis parce-
ret. crediderant enim
deo quem audierant pro-
misisse quod illas gentes
subverteret, et terram ea-
rum obtineret et hanc eorum
fidem quod amodo remu-
neravit quia non perdi-
dit Solutum est argume-
ntum quia contra gabao-
nitas non currebat dictum
preceptum ut dictum est Ad 3m
dicendum quod licet in tracta-
tu gabaonitis fuerit fac-
ta mentio de conditione
illa tamen cum postea iuraverunt
principes non fuit posita sub
forma iuramenti et dato
quod fuisset posita potuit ta-
men iuramentum servari
et debebat propter rationes
predictas Ad textum dicendum
quod fraus et dolus sunt me-
dicina in verbis vel factis
ordinata ad malum finem
in gabaonia autem et fictiones
gabaonitarum licet esset
mala de se tamen or-